

# The Liber Pharetrae Project

## Liber 2: De principalium vitiorum et virtutum multiplicitate Caput 33: De patientia (12)

Joannes Chrysostomus, in originali super illud  
Matthaei: *Audistis quia dictum est: Oculum pro  
oculo*, etc.:

Primus gradus patientiae est recipere injuriam;  
secundus, postquam recepta est,  
non velle vindicari;  
tertius est, non facere vexanti haec  
quae passus est, sed quiescere;  
quartus, tribuere seipsum in patiendo mala;  
quintus, et amplius tribuere,  
quam ipse vult, qui fecit;  
sextus, non odio habere eum, qui operatur haec;  
septimus est, diligere;  
octavus est, benefacere;  
nonus est, Deum pro ipso deprecari.

Primus gradus est non incipere iniustitiam.  
secundus postquam inceptum est  
equalibus non uendicari.  
tertius non facere vexanti hec  
que passus est sed quiescere.  
quartus tribuere se ipsum in patiendo male.  
quintus et amplius tribuere  
quam ille uult qui fecit.  
sextus non odio habere eum qui hec operatur.  
septimus est diligere.  
octavus est benefacere.  
nonus est deum pro ipso deprecari.

Iohannes Chrysostomus, *In Mattheum homiliae  
interpretatione Burgundio*, 18 (Biblioteca  
apostolica Vaticana, MS Vat. lat. 383, fol.69va-  
70ra, ll.38-40, 1-7).  
cf. PG 57, col.269, ll.9-17.